

Pacuv.

Ius obsequium. Unde Pacuvius, in Sen- tent. ait: O flexanima, atque omnium regina rerum oratio.

DIDASCALIA III.

In predicatione vox virtutis est virtus Prædicatoris.

Imperf.

FALLITUR Imperfectus, dum Homil. 40. in Mart. inconfultò inquit: Quis enim pertinet ad auditorem vita Prædicatoris? Si enim male vivit, ipsius est damnus solus: si autem bene docet, omnium audientium lucrum est. Fallitur, inquam: non enim bene docet, si aliter vivit: etenim si è virtutibus subminuat flammivomus sermo; audientes docet vive vocis oraculo. Nec audientia auditur, neque clamore loquitur; quoniam cum ex virtute vox in Prædicatore sit; sine virtutis perfectione prædicant non est vox. Innotuit in præsentia Tautologia. Vocem meam ad Dominum clamavi. Meta quotum? Voce clamavit ad Deum, a quo exauditus; quia spiritus contribulatus. Nequaquam exaudiretur à populo; si à voce propria esset sermo: equidem hic tantum audit & anxie vocem virtutis, quæ Dei gratia in suggesto est vita Prædicatoris. Frequens in sacris phrasibus est: Vox sermonum; vox verborum; Deuter. 1. 34. & 5. 28. Moyses de legelata, cum è monte essent voces, fulmina & tonitrua; dixit Israëlitis: Vocem verborum eius audistis. Singularis stylus! Verum in voces, tonitrua & fulmina ad prædicationem proprius. Vocem verborum, dum præcepta legis in custodiam fulminantur; in hac necneque formidabili voce exponuntur verba, ubi legis custodia; ut possit prædicator audiri, vocis plenæ veritate: quandoquidem non ficta, sed vox vera prædicantur; dum loquuntur ad populum verbis operum. Vocem verborum audistis. In tonitru vocem erant fulmina legis. Erant præcepta ad vitam, quæ cordium aures conciliabant in custodiam: vocesque dicuntur audite, ubi verba cum præceptis coruscant in fulminante; quippequàm non audit auris, si in fulminatis verbis dumtaxat voces. Vocem verborum dicit Scriptura legem, ut in sermonibus voces commendent Prædicato-

Phalm. 3. Concio. maior sine virtute, neque auditur, neque loquitur. Deuter. 4. 12.

Quarta

sectò pretiosa, si per opera, verba fuerint præcepta.

2 Verba delictorum etiam in Scriptura legitur; ut in sermonibus sibi consultat non desipiens Prædicator, pro virtute vocis è voce virtutis. Voce clamat declarando; virtute operatur præceptorum exercitio: aliàs excussa vitæ perfecte virtute, esset vox in loquente sine voce. Impleta lege, proficit; sine observantia, delinquit; signanturque in eius verbis verba (sine voce) delictorum, in æstimatione prædicationem audientium; quoniam delictum, bene & sublimiter loqui, atque sublimia: voce laudata, non sequi: quo quidem propter defectam virtutis, loquax sermo sine verbis.

Traditio vita vim quasi vocis habet. Ait Michaël Verin. & acumen explecit Ovven. lib. 4. Epigr. 244. Undè post in Monastich. Epigr. 91. succinit: Aspiciat lucem, qui vult damnare tenebras; Qui carpit mores, labe carere debet. Hinc de infirmis, consilia non validis etiam dantibus, cum illos oporteret primùm curare seipsos; ait Seneca, Epist. 27. Tu me mones: Iam enim te ipse monuisti! Iam correxisti? Ideo aliorum emendationi vacas: Non sum tam improbus, ut curationes æger obeam. Tamquam in eodem valetudinario locum, de communi malo colloquor: remedia commanico. Marcus eius Pater, & Rhetor, præfat. Controvers. lib. 5. iust, taxans Oratoris, ita laceri audaciam. Nihil erat in Scauro, illo venustius, nihil paratius genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium gravitas: ipse cultus habitusque corporis mirè ad auctoritatem oratoriam aptatus sed ex ijs omnibus scire posses, non quantum oratorem præstaret, sed quantum desereret. Pleraque actiones male. Multum habuit ingenij, nihil cordis. Quid mirum si placendo displiceret, si ingenio actionibus non responderet? Haud potest in virtutem movere, qui moveri non potest. Sophocles, in O Edip. Tyrant. vers. 321.

Hæu, hæu! Sapere quam gravè, Ubi non utile sapienti! Quam tristè!

3 Ita Salomonem præcedebat illa sapientia, & ignorabat igitur ignorantia summa (plaque in silentium criminibus simulata conscientia) magna loqui, & prava sequi: demonstrat enim, non quantum oratorem ageret; sed quantum desereret. Non didicit sapientiam: inquit, & verè, Scientiarum caput erat Bibliotheca,

Psalm. 11. 2.

Quandoque tui vox sine voce est

Veritas

Idem

Seneca

Marc. Senec.

Non potest in virtutem movere, qui moveri non potest à virtute.

Sophoc.

Sapient. 7. 11.

P. ov. 30 1.

simul-

Sapientis stultitia, magna sequitur, & prava sequitur.

Bernad.

Scia pietatis mentis.

Senec.

Claud.

Tit. 1. 9.

Ambr.

Non creditur prædicatur, si contra audita videtur.

Tacit.

simulque collegium: verum non noverat scientiam sanctorum: diciturque desipiens, & insipiens, dum magis sapiens, quoniam stultissima sapientia didicid in interitum, que condite repulisset stultissimus viro- rum. Ignorabat scienter nesciebat: equidem anhelans in doctrinam & prudentiam, fatuè sanè dedit cor in errorum stultitiam. Præcedebat illa sapientia. Que enim ista? Que mente cognoscit virtutem, & opere sequitur intellectus cognitionem: unde in ignorantiam lapsus, dum claret dumtaxat speculativè virtus; quoniam sapientia stultissime ignoratur, ubi illa præcedit, & qui sequitur, non sequitur. Sermo datur multis, sed sapientia paucis: dicit Bernadus ex Catone, in Scala Claustralium, cap. 3. n. 4. Cognitione, literarum videtur inelcta claritas; sed ad opus scientia videt illiteratissimas literas. Sapientia est in apparentia; verum in opus error, stultitia & ignorantia. Cognitio non eripitur, in desipientiam devolvitur: deestque scientiæ non sequens commutatur in cupidinem: quippe operatur scienter contra scientiæ cognitionem. Non est huiusmodi animus in recto, cuius aëlia discordant. Sint in unum facta, & dista. Ita Seneca, Epist. 34. Oratio horrida, si dicuntur que non facta: etenim ut canim Claudian. in Panegy. Mallij Theod. à. v. 130. & 186.

Occurrit, scriptæque notas confundit arena. Desideris aurige non audit verbera currus.

4 Amplicatatur Episcopos, inquit Paulus, fidelem sermonem. Pendet. Quippe nisi sit Sermonem, ut addat quasi necessariam fidem? Ambrosius ex Græc. Sermonem veracem. Quid? Concionator in sermone potestne desicere à fide, exposita veritate? Ex vitio concionantis, à sermone potest desicere fides. Fides lubido verbis prædicantis datur, modo iuxta prædicata ad amum operetur: Paulusque non solem commendat sermonem, sed fidelem; ut audientes concionanti præsent fidem; igitur si à verbis vita desiciscit, si à dictis aliquomodo deficit; quantumvis mira, subtilissima loquatur, ad virtutis excelsam nequaquam creditur. Secundum doctrinam, fidelem sermonem. Doctrina sanequam lucet, elegantia vitæ magis clarescit quippe adstruit fidem operibus, cui in sapientia aridet virtus sine qua Prædicator sibi subtrahit è sermone partam gloriam; quippequàm procul operibus, non est secundum doctrinam: Ut par ingenio, ita morum diversus: ait de Marco Scyri-

Tom. VII. Tautol.

lio Rethore, Tacitus, 14. Annal. cap. 194 Ingenio, & eloquentia celebris plaudebatur in Rostris: sed à prudentibus signabatur deridiculus; quidem à scientia plausa erat vita atque moribus diversus: & qui sibi non sapit, profecto ingeniosè desipit. Verè Ovven. lib. 4. Epigr. 220.

Petior, ingeniosior. 5 Haud Pauli consilia citò deservimus. Sunt enim multi audientium inobedientes, vaniloqui, & seductores, quos oportet redargui; in quod secundum doctrinam, opus sermone fidelis idest, vita eloquio, & perfectionis ingenio. Geminus debet esse Mercurius. In manere prædicationis, simul debent collocari Diomedes & Ulisses; Causam. Emblem. 41. expressit Alcibiades, succinens: Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis.

Nec tamen alterius non eget alter opus. His opus est armis. Cæteram car tanta in opus Prædicatoris? Promit in commo- dum, Doctor Gentium. Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Singula verba observatione digna. Doctrina sana est, quoties verba Prædicatoris confirmantur exemplis. Infirma, dum fugiunt in usum operationum, nitida verba: eritque eius doctrina doctrina sana; si Prædicator in exemplum nihil fecerit, præter que in sermone dixerit. Verba Prædicatoris, nonnumquam doctrina sana instructio audientis (quamvis sit è seductoris & proterve inobedientibus, ab illo confusus) quia nihil ferat monè dictum, quod à dicente non factum, & exhortante ad virtutem per operum perfectionem: Paulusque Prædicatori commendat sanitatem doctrinæ, ut possit etiam pravos ad virtutem exhortari; quippequam nequaquam poterit, si à prolatis sermone aliquomodo defecerit. Ut potens sit exhortari, & etiam contradicentes arguere. Perperam articulum probat, quo qui damnandus est damnat. Qui arguit & arguitur, increpatione increpatur: equidem vel in bono merito contradicetur; quoniam legibus eisdem sibi conciliat salutem, & alijs similes sibi, fulminat condemnationem. Non est nec per fœlgida verba doctrina sana. Fugit ad increpationem cordis læsione potentia. Formatur in concionante virtus opere & voce, tantquam ex tonitru & fulmine; equidem si virtute ad sermonem non est motus; in sermone ad virtutem non est virtus: Floridè, laute, atque appositè Stoicus. Ma-

23

Ovven

Alcibiades

Ibid

Quoniam in illa sana, sub in firma doctrina

A se dñ absoluitur, dant natura

Senec.

imum negotium tecum habes (dicit Epist. 21.) tu tibi molestus es. Quid velis, nescis. Melius probas honesta, quam sequeris. Vides, ubi sit posita felicitas, sed ad illam pervenire non audes. Unde lectus in virtutem, atque in victorum increpationem conatus? Quia omnia laudata virtus. Honefa strenue probantur, sed foecordia quasi strenua non sequuntur. Scitur felicitatis locus, verum ignoratur usus. Quocumque tempore à Predicatore defecerit, delinquentes exhortari, neque corrigere poterit: doctrinaque sana, ex vitæ & sapientiae integritate, exposcitur à Paulo predicationis virtute; ut qui ex adverso est vereratur (visa plenitudine perfectionis) nihil habens malum dicere de vita & vocibus conclamationis.

S. Ben.

Hoc inuitu Archimandrita N. Regul. Sancti. cap. 2. ait: Cum aliquis suscipit nomen Abbatis (caveat sollicitè ne tantum suscipiat nomen) duplici debet doctrina suis praesse discipulis id est, omnia bona & sancta factis amplius quam verbis ostendere: Et cum de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus. Unde in Praeside doctrina duplex? Ex factis: igitur si factis exempla praebent, opera ipsa ad exemplum vocem habent. Doctrina auditur per verba: duplexque in Praeside desideratur doctrina; ut verbis sanè loquatur: etenim suis verbis ad discipulos non loquitur. Suis discipulis. Apprime. Aliquid doctrinae intendit in schola sanctitatis: nihilque dicent per sola prolata verba; quoniam sola verba ad mores non est doctrina. Suis discipulis. Magister cognoscitur, si ab illo in schola aliquid doctrinae docetur. Erit utique sapientissimus in disciplina cathedra; modò loquatur singulariter per opera: etenim cum haec in expositam verbis virtutem, habeant ad imitationem, doctam efficacitatem; nisi cathedrae tenent huiusmodi magisterium, in disciplina Monastica nullum habebit discipulum. Arguit, corrigit, & ubi huiusmodi exempla ministrat, defectus proprios, vel vitia prudens emendat: quandoquidem non ita loquitur, imò arroganter audax, ut ab effronte doctore discipulorum corripitur morbus, dum magister archaice plenus ulceribus. Ergo illos alloquatur doctrina duplici, ut possit loqui. Audiatur Sphocles, in O Edip. in Colon. à v. 1206.

Qualis doctrina dicitur?

Et quare?

Sophoc.

Parvus quidem dicere, dignus autè admirari: Non enim pondus ex verbis habes. Non enim sermonibus vitam studemus

Splendidam facere magis, quam factis.

7 Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa: inquit Regius Paltus. Exprimit in Predicatoribus ternonum energiam, & ad corda concilianda & convertenda misericordiam gratiam. Loquitur evangelizans insigni ad audientes legatione; habens verbum in virtute. Virtus verbi quod in acribus producit, sanè à virtute procedit: etenim sine virtute manifestata praedicatorum, nec ullum ad virtutem auditur verbum: malè enim in eo audit, dum auditur praedicationis modus, si ad virtutem praedicatorum non ponit in via gressus suos. Ideo speciosi pedes evangelizantium: hinc constat illorum verbum: stant enim in directo, & adoratur ubi steterunt pedes; quoniam factis processerunt in professionem virtutis. Ad Tom. 4. T. 2. D. 4. Verbum à Domino datur evangelizantibus virtute multa. Virtute, ad sermonis usus: multa quidem ad virtutis actus. Duplici debent doctrina gaudere, ut possint corrigere & exhortari, equidem si Praedicatorum fugit verborum ad imitationem actus, vocibus atque vocibus non est sermo in lingua eius. Diffusa debet esse gratia in eius labij. Haud difficile, est caeleste. Vocibus fungat opus (Propertius, lib. 1. Elég. 2. verl. 29.)

— Ne desit incandis gratia verbis.

Instruat Seneca, si à sermone deviant opera. Qua scribis (infit Epist. 16.) unde veniant, scio. Non sunt facta, neque colorata. Dicam tamen quid sententiam. Tu quoque idem facias, volo. Pluribus verbis opus non est. Non est, quod tibi cito & facile credas. Excute te, & varie servare, & observa. Illud ante omnia vido, utrum in philosophia, an in ipsa vita profeceris. Non est popolare artificium, nec ostentationi paratum: non in verbis, sed in rebus est: nec in hoc adhibetur, ut aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur otio nausea. Animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum, & per accipitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt: singulis horis, quae consilium exigunt, quod ad haec potendum est. Deus rector est. Haec adhortatur, ut Deo libenter pareamus: haec docet, ut Deum stuaris. Habitus fiat, quod est impetus. Unde Epist. 117. pulchre subdit Sapientia si sine usu datur, accipienda non est.

Psal. 67. 12.

Cur illi virtus necessaria, & virtus, multat

Ro. 10. 15.

Proper

Seneca Sapientia forma in virtutis usu.

est. Quis est usus? Sapere. Sapere, usus perfecta mentis. Elucet in vita, quid sit sermonis sapientia: etenim sine usu desipit, quicumque sapientia sibi non consulit: nec esse virga directionis in actione relictis, nec plene intelligere cognoscendo virtutem; qui sine doctrinae operibus habet imperfectam mentem.

Psal. 102. 12. Hebr. Geneor.

Quomodo formatur, & desipare

8 Cognita sapientia Iosephi, & morum aulicorum improbitate, super omnes rector constituit à Pharaone, intuitum sicine deponit Pfalmographus. Ut erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Hebr. Ut ligaret, & alliceret in anima sua. Genebrard. Ut coerceret corruptelam aulicam, & reduceret ad moderationem & virtutem, qua ipse praeditus. Super senes enim sapientia vana vanissimos & inflatos intellexit; dum illis sapientiam mirè eruditione docuit. Sapientia Aegyptiorum, vel inter exteros sibi conciliavit plausum. Quid & quomodo docuit Iosephus senes, inter orbis sapientes in miraculum doctores? Noverat Aegyptij scientias tantum speculative per verba, docendo de caelis magna: minime praxi per opera, exercendo quae doctè ab illis locuta. Habebant mentem, sed imperfectiorem: Iosephusque super senes intellexit, dum in sapientiam instruit; quippe usu sapientia docuit de caelestibus sapere, & scientijs non desipere. Liqueat propositum: Ut eos erudiret, sicut semetipsum. Ipse iam doctus, priusquam cathedrae. Prius virtutem didicit, antequam doceret: etenim priusquam verbis in sequelam exponeretur virtus; iam dicerat operibus. Docuit, quod docuit, fecit & perfecit. Animorum in doctrina nobile plitrum, nexus vocis, & vocis operationum: ideo Iosephus allicet & alligat, quos docuerat: siquidem modò opera deficerent à doctrina; minime seniores doctos alliceret, sed repelleret: aversatur enim doctores plena libertas rationis; qui moribus pravus deturpat verba virtutis: huius quidem sapientia ingenta gratia, non constituitur, sed commendatur per verba.

9 Ad idem in quod erigitur Ioseph doctus; à caelo eligitur Praedicator. Ut auditores alliciat, ut erudiat ut corruptelam peccatorum coercet, ut improbitatem arguat, ut expellat ab animis pravitatem, & reducat ad propriam moderationem & virtutem. Non transrabitur propositum, nisi Praedicator omiserit & verbi & operis nexum: equidem si cunctis po-

restate moderabitur, ubi ab illo per usum verbum perficitur; nemine alliciet, erudiet, coerceret, arguet nec in virtutem à pravitate converteret; si à doctrina atque verbis à cathedra fulminat, aliquatenus incuria eius deviarerit mores. Erudit Ioseph senes sicut docuerat seipsum, exprimens in professione scientiae nobile studium. Dum Aegyptum intraret, in sapientibus linguam, quam non noverat audivit; multa de caelo loquentibus, quia esset in illis caelestis virtus: & sicut semetipsum illos docuit, opera verbis iungendo; ut conversio esset ab errore cordium, & in sapientia praestabilis eruditio: equidem non est mentis in usu perfecta, nil facere & magna loqui. Docuit sicut semetipsum, priusquam à Rege eveheretur in thronum, habens uti discipulos quos orbis veneratur in magisterio uti doctos: correxit aversos & correctione traxit. Nihil mirum, ubi factis & verbis sapientie singularis fuit spectaculum: etenim qui sicine in praedicatione fecerit, mundus post illum abibat. Manil. Astronom. cap. 5. à v. 191. in rem accinit:

Tu modò corporeis similes ne quare figuras, Omniaque equali fulgentia verba colore, Desiciat nihil, & vacuum quò lumine cesset Non poterit mundus sufferre incendia tanta, Omnia si plenis ardebunt sidera radijs. Signa clarent colli totum deducta per orbes, Credimus exemplo.

10 Hinc ex predicatione fructus in auditorio planè exiguus, & aliquando nullus. Ignis nisi ardeat, non incendit: ac Augustin. in Psalm. 34. Quinam enim calor in cor audientis, ex summa frigiditate praedicatoris? Quia abundat malum & in mala exemplum, refrigerat saepe charitas mulcorum. Audiuntur nuda verba, operibus vidua; quippe audiuntur memores mandatorum, verum minime ad faciendam. Tres enim hoc in articulo intellectus inveniuntur: qui scilicet nescit, & docet; qui non docet, & docere valet; & qui non facit, quae docet. Consulens Venerab. Bedam in Collectan. In primo est lucerna sub modio: in secundo sal sine sapore: in tertio mens sine mente, atque lumen sine luce: potius sal sine sale, intellectus sine intellectione, sal infaratum & lumen cæcum, præceptus in maiorem infatuationem, quia totum, lumen. Cæpit lesus facere & docere, ut doctrinae opera iungeret; igitur summa doctore gloria, si fecerit & docuerit. Hinc Sal & lux. Simul: salii

Nul' ludo ex pradi cte eno luminib, sine exerci cio virtutum

Manil

Augusti Strimperi sctinne pradicantium

Quinam in lege in felicez

Ador 1. 1. Matth 5. 14. 14 & 19

conferuntur propter opera; luci vero propter verba. Sine operibus doctrina insipida, sine luce muta penitus opera: & Prædicator debet esse sal & lux; ut faciat & simul doceat: siquidem volens ostentare sapientiam, in splendorem parturit utilitatem; quippe stultus & fatuus, qui cupit alta docere, doctrinâ mentes condire, sine luce & sine sale. Videtur. Lux & sal. Qui docet & nescit, est qui non facit quæ docet. Hic neque sal neque lux. Lux extinguitur, priusquam oriatur: Sal infatum proteritur: & qui non facit quæ nescit in perfectionem, imitatur insipientem; quippequam deficientibus operibus, docere minimè valet; quod ipse nescit. In euitu perfectionis, cepit lesus facere & docere. Facere, prius: docere, posterius; ut in exemplum doceret alios sicut semetipsum; igitur uti summus doctor prius ut sal didicit opera; quam ut lux præferret verba. Ideo seipsum vocat lucem mundi, & eum qui sequitur, in tenebris non ambulat. Lux mundi, quia datus in splendorem, venit verbis & factis adimplere legem. Ambulat in tenebris, qui illum non sequitur factis; deficiente operum sale, & in verbis doctrinæ etiam deficiente luce; quandoquidem ad imitationem lucem habere non valet: qui observantiam indicit, & legem solvit. Nemo sequitur in virtutem, ab illa errantem.

11 De tenore vitæ Prædicatoris possumus dicere quod de vita Principis. Vita Principis censura est, eaque perpetua inquit Plin. in Traian. panegyrr. ad hanc dirigitur, ad hanc convertitur: nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo. Melius homines exemplis docentur; quæ in primis hoc in se boni habent, quod approbant, quæ præcipiant fieri posse. Prædicator præcipit, legem docet, legem implet: ipsoque opere exemplari, demonstrat splendidi posse fieri. Viam eius Deus volat: que quidem illustratur ubi ad illum gressus hominis dirigitur. Facilis enim recti persuasor est innocens Iudex; sub cuius prædicabili conversatione, pudet mores probabiles non habere. Indigni animi signum, fame diligere commodum, & lucra potius odisse causalem: ait Celsiodor. 1. Variar. Epist. 4. Haud mihi creperum, fugere legis studium; quia quod debetur legi, tantum impenditur famæ, obtinenda per compendium prædicabili insigni conversatione: etenim suspiciosum, dum plus prædicatur sermo, quam prædicatoris ex concione conversatio.

Scitis, quid docuerim vos præcepta (dixit populo Moyses) sic facietis ea, & observabitis & implebitis opere. Ut docui, sic observabitis, quippe aliter nulla est observatio legis. Nulla enim in lege lex, nisi observaveritis sic. Plenè observanda, quæ tantum impletur opere: adimpletur perfectione, quæ data à Namine: igitur plaudere (quin sequatur) verbis & verbis; non est plenè observationis. Intende. Sic facietis & observabitis. Est Hendiadys: idest, Sic facietis observare. Opere atque verbis à Moysè fuit lara lex: ecce legis observatio, modò feceritis sic: etenim cum in legis utum, energia valet fulminatoris exemplum; qui legem opere impleverit, illam observari facit. Vernaculè: Hanc observat la ley, los que la saben guardar. Claudian. 4. Consul. Honor. v. 330. modulatur:

— Tum promptissimè ibunt Te facio; tum conspicuus gratulæ feretur Sub te esse labor.

12 Haud puder toties in huiusmodi articulum, Seneca sollicitare suffragium; quoniam ab Ethnicis, plus sacrum roboratur argumentum. Quod sentimus, loquamur: quod loquamur, sentiamus (subdit Epist. 75.) concordet sermo cum vita. Ille promissum implevit, qui & cum videtis, & cum audiat, idem est. Videbimus qualis sit, quantum, unus sit. Non delectent verba nostra, sed prosint. Si tamen contigerit eloquentia, parvo constat: adjit, & res pulcherrimas prosequatur. Sit talis, ut res potius, quam se ostendat. Alia artes ad ingenium totæ pertinent; hic animi negotium agitur. Non querit ager medicum eloquentem, sed sanantem: sed si ita competit, ut idem ille, qui sanare potest, compte de bis quæ faciendæ sunt, disserat; boni consulat. Non ut cetera, memoria tradidisse, satis est: opere tenenda sunt. Non est beatus, qui scit illa, sed qui facit. Quam longè ab huiusmodi sapientia, & non ut sapiant! Alios enim illuminant, ut discant, & illi inter divitias pauperes, miserè in tenebris ambulat. Contigit illis, quod somnavit Antigonus de Mithridate, qui semlem auream metebat, quam ille summo studio seminaverat (diximus, Tom. 5. T. 9. D. 2. n. 13.) quod fors infelix, quippequam student alij.

13 Nato Domino, & per Magos tantæ felicitatis accepto Hierosolymis nuncio, Stellæ de caelo radiantis mirabili signo; nescientibus nativitatis locum, de-

Cur prædicator sit sal & lux in quantum

Joann. 8. 32.

Plin: Quam illis no exemplum

Celsod.

Deuter. 4. 2.

Hendia. cys. In cyphodiam auctore dicitur scilicet, si legem ipse custodiat

Claud;

Modus prædicacionis

Et quæ modo au diendas

Matth. 2. 11.

Leo Pap.

Quid in Prædicatore sal infatum

Verf. 3.

Mell. Souf.

signatus fuit illic studio & sapientiâ Scribarum & Doctorum. Hos audierunt, procellerunt in designatum locum, acque natum, quem querebant, inveniunt pauperum. Quid Doctores in Scriptura vel apices scrutantes? Signarunt, verum signatum neque quæsierunt. Hoc est scire scripturas? Hoc totum in vanitatem ostentationis nugacitas: siquidem signum non scientiæ, sed stultitiæ; multa de Scripturis sanctis loqui; & in propriam utilitatem nihil agere. Cur vobis etiam, quam alijs aperitis obstruitis? Noverunt enim agnoscere oculos (inquit Leo Pap. serm. 2. in Epiphani. cap. 2.) quem de sacris indicabant libri. Quæ ista, Iudei, tam imperita in vobis scientia est, & tam indocta doctrina? Memoriter dicitis, quod legis sitis. Quod retineat in thesauro memoritiæ, ius erat imprimi in libro conscientiæ; ut docta & sana in vobis inveniretur doctrina: etenim in doctrina uti invalida, docta insipientia; scripturas apprimè scire, quæstiones denotare, testimonia sacra in veritatis inquisitionem proferre; & querentibus alijs, quasi nescientes stare. Quid, quod alijs non quærenter, si nescirent? Imperita vobis scientia est, atque sapientia stollida: indicat enim fatuam vel amentem Scripturæ intellectionem; expendere semina, ut alijs colligant messem. In quæ de trudit scientiæ vanitas doctos, miseros Scribas! In vanum laboraverunt: igitur nihil prodest Scripturas intelligere, & intellecta lusque deque facere. Quid querenda scire, & scita non quærere? Melioris fortis, qui nesciunt, & per illos sciunt: in ignorantibus floruit scientia, quando in doctioribus desloruit turgens doctrina, propter vanam Scripturæ ostentationem; ex quorum testimonijs, qui cæci acceperant lucem: etenim Magi tendunt, inquirunt, & veritatem inveniunt; quam illi testimonijs Scripturæ iactabundè designarunt. Audivit Magos Herodes, fungens tyrannico solio; qui turbatus, & omnis Ieriosolyma cum illo. Soufa lib. 6. de Magor. adoration. v. 101. discreterè concinit:

— Regi non grata feruntur Ora per incerti vulgus crebescere murrur Incipit, & motu vario turbatur iniquus. Sonas ad Magos ducitur per fideris radios, & tremor apprehendit eos. Ipsi videntes sic, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt; & inquirent, ubi veritas sit: sed non Scribæ scientes per Scripturas, quod Christus debebat nasci. Hunc

prædicabant, sed prædicantes nesciebant; experimentes fatuissimam sapientiam, eodem ipso tempore, quo infallibilem deprimebant Scripturam: igitur pro inquisitione conturbato toto regno, & proficiscenti Mago; ipsi tanè nec mirati, nec commoti, infederunt sine motu.

14 O fatui! Multæ literæ in insaniam adduxerunt. Litera occidit. Ista sunt epistola, sive literæ Dria (ait D. Thomas, Præfat. in Epist. Canonicas) literas mortis sua portant viri literati, qui sciunt & docent, & non faciunt. Ista sunt literæ sine sigillo, idest, scientia sine vita. Ita datur liber scienti & nescienti literas, quorum recessit fine exercitio sentus, licet liber involutus. Ipsi Scripturæ literæ Magistros & interpretes accusant & damnant; cum habeant ab almo Spiritu lumen, & ardorem, & legentes refrigerant ad morua integritatem. Est vita coram oculis, sed nec vitæ datur fides. Non in verbis Scripturæ intendendus est sonus. Ponite corda vestra in virtute eius: non vocis, sed virtutis dumtaxat proficit usus. Horologio factis & vocibus similes esse debent. Rectè moventur, si manus motui responderet: etenim quod ad regimen omnino Prædicator ineptus; modo vocibus signatis, errore devio non responderit manus. Tenorem alluit Bernardus de Divers. serm. 32. n. 2. & serm. 68. n. 2. Tribus modis (inquit) providemus bona coram bonis minibus: idest, habitu, actione & sermone. Habitu, ne sit notabilis. Actione, ne sit reprehensibilis. Sermone, ne sit contemptibilis. Singula profectò erant discutiendas verum nimis in longum distrahatur Didascalia. Mentem exponemus Bernardi, Tom. sequenti, Tautolog. 7. ad illud Ezechielis: Quando nata es, in die ortus tui siquidem Prædicator in lucem non natus, si non natus in lucem. Ibi signabimus nonnullorum ineptias, vanitates, & insanias falsas; quibus sapientiam & saniam indecorè deturpant, queis magis inhiant. Videtur in eo oblectatum aurum, qui datur Scripturis sacris in lucem Gentium. Stulti facti sunt à scientia, quoniam nequaquam in ædificationem gratia: & cum ad illam debeant dirigere cor, ob plantum sanè ridiculum, cor eorum vanum est. Dicent (ut observat Hæsius lib. 3. de Charit. Emblem. 2.)

O noctes male consumptas! O cara dierum Tempora, sed studijs peritita sape suis!

Non mea vntur a lise matris in ex-cla tia virtutis

1. Reg. 11. 34

S. Thom

Illius si scientia fatua & morifera

Cur cor ferunt bo relogiut

Bot natq

Stultus quemodò a scientia

Guilla Mel.

DIDASCALIA IV.

Vox Dei mirabilis, sed mirabilior vox vocis.

Psalms. 1. 2.

VOCE mea ad Dominum clamavi: inquit David, ex quo nos in presenti Tautologia. Suam exprimit intimam pectoris pœnam, simulque Domini gratiam: etenim si magnum, quod Domino voce posset explicare gravamen; maius, quod Dominus vellet exaudire vocem. David clamavit, Dominus exaudivit. Aliquid documenti contrapositione latet: equidem si quia pius, clamantem in gratiam audit, dum preces emitit; aliquid ab homine ingrato non exauditur. Perspicuo articulus explicetur in virtutem. Apponitur hic discrimen inter orationem hominis & lectionem. Quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, cum Deo loqueris: inquit Augustin. in Psalm. 85. ab illoque sumpsit Bernard. de Modo bene vivendi ad Soror. Cap. 50. n. 119. Unde Gloriosus N. Patriarcha, cap. 4. commendat nobis Lectiones sanctas libenter audire: orationi frequenter incumbere; ut per utriusque fulgura lucis, sumus semper in presentia divinitatis, & Deum loquentem nobis in lectionibus audiamus; quippe ab illo exaudiri per orationem volumus. Gabriel Bugnotius hic:

August.

Erigat ad superos repetita oratio mentem, Ut tibi clementem detur habere Deum. Nec satis est frano vanâ compescere lingua: Exhiberet mentem lectione sacra tuam.

Bugnot.

2 Vocis huius summa cum utilitate energia, enitè à Davide optata. Unde sibi dicit: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Pende In me. In me mihi in me, etiam alijs: idest, Super sanctos suos, & in eos qui convertuntur ad cor. Multifariam multisque modis loquitur Deus: & in me cuactos alloquitur, quia vox Domini in virtute, moveturque terra cordium in caelestem patriam, si dederit vocem suam. In me loquitur peccatoribus, iustis, & spœnitentibus: peccatoribus, ut convertantur ad pœnitentiam: pœnitentibus, ad gratiam; iustificatis ad gloriam: etenim loquitur cum in lectione loquitur, ut alijs lectionem audiant; & illi dicta per alios, in pœnitentiam, in gratiam & gloriam discant. Hæc in Deo

Flares Deus alloquitur unicus co-

3 Hic scopus Didascaliz; sed primò videndum, quomodo incumbendum lectioni. Nec quicquam mellis adolebitur in sacrificio Domini. Mel dum indicitur, etiam à sacrificio apis ut victima accretur; ut attruit Philo libell. de Victimis. Nonnulli arbitrantur, ne sacrificijs Bacchi, in quibus, & bellaria offerantur, viderentur assentiri (ut blaterat Plutarch. Sympos. lib. 4. cap. 5. & Tacitus, 5. Histor. à cap. 3. Liba Deo sunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Unde Plin. lib. 13. cap. 4. Iudæa (ait) gens contumelia Numinum insignis.) Est vana cogitatio: in multis sacra & Ethnica sacrificia conveniebant: nec quia in profana religione à Diabolo, simia Dei, erant superfluo instituta, removeri debebant à Numine pro religione decreta. Apis ergo decreto Dei exiit ab altari: verum quare otiositatis hostis? Propter modum expellende otiositatis: igitur dum ex lectione queri debet utilitas, illa duntaxat amandatur otiositas: & loco dulcetinis mellis, amarulentiam Gorfica torfit apis. Incuria hominis in lectione taxatur, ubi apis à

Multitudo viscerum, & miserationum: In his, quæ miseratio; alijs misericordiarum multitudo: igitur eius viscera ira abundant pietate, ut cunctos alloquatur unica voce. Vox Dei (inquit Basilius in Psalm. 28.) diversa est ab ipsi vocibus, quas aurium sensu percipimus; nam illa sit per visum. Aprè, vident enim qui vocem eius audiunt, quod sibi loquatur dum alijs voce vel sine voce loquitur. Hinc illud: Ecce Deus dabit voci sue vocem virtutis. Audiretur ab uno, modò vox tantum in sono vocis: verum cum sit vox virtutis; ut cognoscatur virtus, unica vox cunctorum capitur auribus: igitur quodlibet & in quolibet quod singularis, ad effectus perpetrandos continet virtutem vocis. Licet: pro Vocem virtutis. Hebr. Tonitrua. Hæc est virtus vocis, & vox virtutis: quandoquidem in voce, quod uni verbum, alteri tonitruum factum: artonitus enim audivit, quod in vocem audiente, ut audiret, ipse vider. David pondus vocis sua: legit Maluend. Leve verbum videtur, si ab uno tantum auditur. Si alterius percipit sensus, vox & verbum habent pondus: igitur Dei vocem audit, ad quem vocem immediatè non directè: quo quidem si peccator, redditur frugi; si pœnitens, gratia; si gratus anhelat in felicitatem gloriæ.

Maluend. 3 Hic scopus Didascaliz; sed primò videndum, quomodo incumbendum lectioni. Nec quicquam mellis adolebitur in sacrificio Domini. Mel dum indicitur, etiam à sacrificio apis ut victima accretur; ut attruit Philo libell. de Victimis. Nonnulli arbitrantur, ne sacrificijs Bacchi, in quibus, & bellaria offerantur, viderentur assentiri (ut blaterat Plutarch. Sympos. lib. 4. cap. 5. & Tacitus, 5. Histor. à cap. 3. Liba Deo sunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Unde Plin. lib. 13. cap. 4. Iudæa (ait) gens contumelia Numinum insignis.) Est vana cogitatio: in multis sacra & Ethnica sacrificia conveniebant: nec quia in profana religione à Diabolo, simia Dei, erant superfluo instituta, removeri debebant à Numine pro religione decreta. Apis ergo decreto Dei exiit ab altari: verum quare otiositatis hostis? Propter modum expellende otiositatis: igitur dum ex lectione queri debet utilitas, illa duntaxat amandatur otiositas: & loco dulcetinis mellis, amarulentiam Gorfica torfit apis. Incuria hominis in lectione taxatur, ubi apis à

Ipsi. 632 15.

Basili

Psalms 67. 34.

Quamvis vox virtutis, & virtus unicus

Maluend

Levit. 21.

Philo

Ovidi

Plina

Apis curat etiam a sacris

Bernard

Modus qui habendus in lectione

Levit. 21.

Philo

Ovidi

Plina

Apis curat etiam a sacris

faceris meritò expellitur. Forculta enim & varia lectio (ait Bernardus, Ad fratres de Monte Dei, cap. 10. num. 31.) & quasi casa reperta, non edificat, sed reddiit animum instabilem: leviter admissa, levius recedit à memoria. Quo enim spiritu Scriptura facte sunt; eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligenda sunt. Numquam ingredieris in sensum Pauli, donec assu bone intentionis in lectione eius, & studio assidua meditationis, spiritum eius imberberis. In omni scriptura tantum distat studium à lectione, quantum amicitia ab hospitio, socialisque affectio à fortuna salutatione. Hauiendus est serpe de lectionis serie affectus, & formanda oratio, qua lectionem interrompat. Si verò in lectione Deum querit qui legit; omnia que legit ei cooperantur in bonum. Si in aliud declinat sensus legentis, omnia trahit post semetipsum: nihilque tam sanctum, tam pium invenit in Scripturis (seu per vanam gloriam, seu per distortum sensum, seu per pravum intellectum) quod non applicet vel malitia vel vanitati. Hic si modus sacre lectionis; foras eji-cietur imitator apis: igitur ex lectione otiositas, nullaque prosium utilitas; si adinftar erantit apis, in libro vagatur per folia & folia legendo flores. Vernaculè equivoè: No haze à la alma del que quiere leer, provecho; andar de hoja en hoja buscando flores en los jardines del libro.

4 Libris enim Scripturæ nec rosa nec lilia defant. Est enim hortus & etiam pomarium. Imperfectus animus, ascendere debet in palatum, ut apprehendat fructus eius. Sine fructu maledixit Dominus ficum, ex vana ostentatione fastuque videntium foliorum. Alte enim floret contemplationis pulchritudine, & illa lectionis & electionis sublimitate; si quis in hortum suum descendat, ut lilia colligat: datur enim aliquando facultas his qui legunt, si flores fructus parturiant: ceterum abnuunt, dum apus adinftar, leguntur flores, in nocuas & vanas animi curiositates. Qui se in lectione lactat; Scripturæ folia vellicat, diligit vanitatem, futilem eruditionem, in iactantiam & gloriosam, sensus varios cogitando sine fructu, cogitationes dumtaxat sine intellectu: equidem ex obrupto, sicut apis, inconsiderata lectione, parvi ducit, quòd succus floreat radicis amara: sursumque germinat in animæ acerbisatem, que lectio elicere quibat è suavitate dulcorem. Eric ne lectio, librum sumere, pau-

lulum sedere, oculis illustrare, cum illo fenestra accedere, ostium aperire, quid strepit explorare, hinc inde abire, denudò sedere, volumen deponere, aliud sumere, specie legendi, folia volvere, lectione se pueros sensibus effici, iterum surgere, iterum vagari, ulterius inquirere, vel discquirere: Hoc planè de follis in folia subfultare, & nihil legendo legere; & folium sumere in libro, quod uti phylura à levi rapitur vento. Ita ergo ut attruit Martialis, lib. 10. Epigram. 4.

Quid nisi monstra legis? Dirigit huc inde errantem, Stoicus. Lectio certa predest (inquit Epistol. 45.) varia delectat. Qui, quò destinavit; pervenire vult; unam sequatur viam, non per multas vagetur. Non tre istud, sed errare est. In libris multi inveniunt forsitan necessaria, nisi & superflua quassent. Tantum nobis vacat tam vivere, tam mori scimus; Pallacia ista delectat. Sophismata nec ignoranti nocent, nec scientem iuvant. Iuvat legere quod iuvat. Legendum itaque (accinit Horatius, i. Epistol. 18. v. 100.) Ut Virtutem doctrina parat, naturæque donet: Quid minus curas, quid te tibi reddat amicam.

Sic enim attenditur tamquam in speculo, quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeamus: quandoquidem contra vitia in cautionem aspiciamus exemplaria, & probitatis veneramus magisteria. Datur enim in utilitatem, sicut Joanni liber: de quo ille: Acceptillum de manu Angeli, & devoravi illum: & erat in ore meo tamquam mel dulce: & cum devorassem eum, amaricatus est venter meus. Venter amaricitur, ubi quod in libro legitur, tamquam medicina sumitur: & amator, ut mel estimatur dulcis; quo viscerum animæ purgantur imperfectiones. Dulcis esse debet stomacho, que dulcis in ore voluminis lectio: unde igitur potè acerbissimè amaricat, si prius palatum suavitate delectat? De manu Angeli librum libenter accepit, sed non comedit: librum devoravit. Lectio debet esse comestione in digestionem, ut cibis libri cedat in utilitatem; debet esse in substantiam propriam cibis, & non stomachi onus: nihil enim mirum quòd stomacho lectionem non inveniret amicam, cum non haberet substantiam. Non comedit, librum utamque devoravit, lectioque non profuit: equidem non prodelt in nutritionem; quod comestione non comeditur, sed sine ma-

Modus lectionis ritiosus

Martial

Seneca

Optimura

Horati

Apoct 10. 10.

Unde si ca lectio mis non utilis

ficatione ex abrupto devoratur. Legit curiositas, ut legat, legendo vorat, hocque cibo stomachus amariat; quoniam illi non utile, deglutire, & non comedere. Dialecto nostra: *No le haze buen estomago, lo que no le entra en provecho.*

Ezech. 3. 6. Ulterius. *Comede volumen istud:* dicitur Ezechiel. Ipsi & Iohanni in ore degustatum *sicut mel dulce:* verum in stomacho non amarum Ezechiel. Hic librum comedit: ille instanter devoravit. Ille eiusdem saporis dulcis invenit in pectore, ac fuerat in ore? In stomacho quoque Iohannis haud fuit, sicut ore dulcis; quippe haud lectio gustata in animi nutritionem, sed in avida curiositatis ingluviem. De caryotis, seu dactylis mustacis, subdit Plin. loc. cit. *Est enim tanta suavitas; ut finis mandandi non nisi periculo fiat.* Ita sanè, qui suavitatis lectionis volumina devorat: periculum est in curiositatis satietate, qua cibus in stomacho recrudescit præ dulcedine: equidem cum experiar incoctum, amarescit in fastidium. Mel invenit in alveario lectionis, nec sumit palati illicio quod fatis: unde gravatus præ satietate ventriculus, æger eructat amaritudinem in vomitus. Pende. *Devoravi illum, & erat in ore meo tamquam mel dulce.* Est Hypallage, quasi diceret, *Dulce, tamquam mel,* ut dicitur, *Ecl. 24. 27. Spiritus meus super mel dulcis.* Haud arbitrator, quippe non concordant *Illud & Dulce.* Vide quæ diximus *Tom. 4. T. 11. a n. 5.* Mel dulce, quippe sine prudentia sæpe amarum in lectione: etenim curiositatis dulcedo, animæ solet esse & acerba amaritudo. E cicuta amarum mel: ait Rhodigin. *lib. 28. cap. 27.* Indicat effectus dulcem, sed lectionem pravam; equidem stomachi amaritudine constat gustasse cicutam. Idem *lib. 18. cap. 30. & lib. 23. cap. 35.* *Nascitur (ait) in arboribus mellis genus medicati. Eius virus haustum stupidos facit, exterminatque mentem.* Etiam refert Maiolus, *Tom. 1. Colloq. 17. & Plin. lib. 21. cap. 13.* *Venenarii favi gignuntur: nihil esse fallacius potest.* Genus mellis, quod ab infania, quam gignit, *manomemon* vocant. Mala profecto mella.

Unde uti se nocet?

ib. d.

Hypallage.

Mel in infania.

Coc. Rhodig.

Plin.

1. Mach. 22. 9.

habuerit ad manum librum Aufon. *Edyll. 4. v. 43.* succinit:

Perlege quodcumque est memorabile, & ut tibi profuit.

Nonnulli librum legunt sanctum, doctum, verum non habent solatium. Nulla ex utili exercitio utilitas, quia totum curiositas.

Orium magis foventes, quam studentes gloria.

Ait idem *Edyll. 27. v. 3.* Dulcedinis illecebris in melle lectionis animus abducitur; sed dulcedo in melle non invenitur: amarescitque devorata lectio, quando sedet in animæ stomacho; quoniam quod videbatur palato dulcissimum erat in melle venumum. Ori lectioni placeat, verum stomacho haud profuit. Solatium nec ullum, ubi totum solatium. Visceribus nocuit, quod præ otiositate pellexit. Propter sensum distortum atque pravum intellectum, illi in libris sanctis nil sanctum; igitur lectionem in animæ & animi consolationem mellisum, patet suspensisse in insaniam. Elucet, ita devora le librum, helluonem scripturarum, in stomachi amaritudinem, & ureatæ de satietate famem: quandoquidem ecclusus & vesculus, faturus & famelicus, pransus & impransus, & saturate evanida, lectione non cocta, indigesto cibo, gravato stomacho, insanus factus, mentis impositus, deliratus, furit, inepit; quoniam in caput ascendentibus virulentis vaporibus lectionum, versus dementiam perturbant cerebrum.

Unde ex medicinis, vena?

O mira & caeca demencia!

8. Quid enim prodest lectione continua tempus occupare, Sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere; nisi ea etiam masticando & ruminando succum elicimus? Lectio sine meditatione arida est: *Lectio sine lectione erronea*: inquit Guigo Cardinalis sine lectione erronea: inquit Guigo Martialis, *cap. 10.* in *Scala Clausural.* quod etiam invenitur apud Augustin. de *Scala Paradisi*, cap. 10.

Que mox imitere, legas: nec desinat unquam. Modulatur Claudianus, de 4. Honor. *Consul. v. 397.* Expellantur enim ab altari animalia, quæ non ruminant, quorum imitatione homines vertuntur in animalia. In lectionis esca ligurire, non passus comedere, plane cibus indigestus: necesse est ut ruminatio tendat in coctionem, ut succo defæcato edenti conferat utilitatem; ita ut digesti virtus cibi convertatur in substantiam, & substantiam aliei. Sic cibus dicitur, cuius succus in edentem con-

Aufon. Nihil est lectio utilis, si totum curat. Idem.

Unde ex medicinis, vena?

Laflank

Guigon

Leffa ruminanda

Claud. dian.

Levia 11. 26.

Manil.

convertitur: virus qui cibus non est, nec in cibum valet; gustantem in se convertit. Liqueat lectionis voratio, & unde stomachi in ruinam amaritudo: igitur virus & non cibum comedit, si sic lectio legentem in se convertit. Prodest sanè ruminatio, qua lectio animæ adhaeret stomacho. In commodum non solum legatur, sed ruminetur, unde venimus, quod radimus, quid sumus, & unde sumus: quid fecimus, quid facimus, quid facere, & fieri potuimus? quid nobiscum Deus fecit, quid præ ingonita pietate non fecit, & facere potuit? Hic utrique stomacho dulcis cibus, atque ruminatio sine satietate prædulcis lectionis modus. Videfis Hagon. de S. Victore, de *Human. condition. cognition.* a cap. 1. *Rumina sæpe quod Bernard. Sermon. de Miseria human. n. 2.* ingerit: *O miser homo! Ad mala totus avidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiens, totus sollicitus; ad bona totus durus, totus piger, totus rapidus, totus stultus, totus incredulus & rebellis!* O miser homo! Horum enim perfecta & in utilitatem ruminatio: non in substantiam aliei, est dulcis, varia lectio; qua adinstar apis, ut concinit Theocrit. *Edyll. 29. a vers. 14.*

Hago. Quis in dicitatio post lectionem?

Unde ex medicinis, vena?

Theocrit.

August.

Bernard.

Manil.

Manil.

brachium sicut Deus & simili voce tonas? Ita Dominus Iobum alloquitur. Quid voce tonare, & brachij summam potentiam ostendere? Deus potentiam ostendit factis, minime tonore aut fragore vocis. Ut quid ergo nedit ex brachio potenti fulmen simulque & fulmine vocem? Respondet metricè hic Mellius Soufa, cap. 37.

Pectore volentis secum caelestia sæpe, Cor pavet interius, gehân formidina motum Pens loco, trepidatq; pili spes inter amorem Indiciq; metum: vario mens fluctat aestu. Audiet in terrore fontis, vocemque tremiscet Indici, & summi orientem ex ore potentis. Exponit in delinquentes sumptum iurè supplicium, unaque ex voce supplicij sonum. Vox ex brachio pœnas demeritis inferente: Sanè. Quia inspirationibus continuis peccantium conversio nulla; à brachio iustitiae inflata prorsus cruciamina: & hic vox misericordiae; ut alij recurant frugi, audientes ex brachio vocem; quod in locios percellum vibravit fulmen; etenim per pœnam in sceleratos impenitentes illatam qui simul scelerati fugerunt in poenitentiam. Vox fulminis ejaculati est vox tonitru; quæ audientes attonat, dum aures fragore pulsant; & dum fulmen videtur, vox tonitru etiam auditur; quoniam non percussus perculorum considerantes stragem, attoniti præ formidine amplexi sunt contritionem.

10. Præterea. Brachium & vox: seu vox caelestis ex potentiore brachio. Martialis verbis ator, lib. 6. *Epigram. 19.* *Magna voce sonat, manaque tota.* Est vox pulsantis in contritionem cordis. Cognoscitur & manus & ictus, voceque cor pavet interiùs; etenim tormenta pati poterat, quæ socios criminis potenter brachium afflixerat. Vario mens fluctuat aestu, pulsatur motu, audit terrore vocem, tremiscit, formidans fulmen: pectusque contritum confugit in asyllum poenitentiae, quod non pervenit validum saltem iustitiæ. Præmiserat Eliu (quem Hebræi dicunt fuisse Balaam) dicens & Iobo & socijs: *Audite auditionem in terrore vocis; & sonum de ore illius: tonabit voce magnitudinis sua, & non investigabitur cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter; qui facit magnus & inscrutabilia.* Perpendamus singula.

Auditionem in terrore vocis. Hoc est fulmen. Est terror vocis, & vox terroris. Illa à fulminis ictu: hæc à tonitru. Illa à brachio potenti, sed hæc dumtaxat ab ore: audireque commendat, unde animam ini-

Qui.

Tom. VII. Taut.

To. 40.

Soufa;

Allorum panis est vertuntur peccatores.

Martialis

Non bene concessit iustitia cum poenitentia, Ibid. c. 27. 2.

A vers. 4.

Qui alie no male no sapit. desipit.

quitatum pœniteat: equidem ni audierit in correptionem vocem terroris; audiet terrorem vocis in sctu fulminis. Vox est enim magnitudinis, in magnitudine vocis; quia hos plectit & alios monet, dum in contritionem, illorum movetur animas, si audita fuerit vox eius: etenim scelorum dolore, flagitiorum penitudine, fecerunt audientes tonitrus vocem, ne in illos sicut in alios veniret fulmen. Viperarum gualminibus ostendit plaga, quomodo fugerent à ventura ira. Nox noctu indicat scientiam, in horrorem & cruciaminum fugam: igitur Deus de tenebris protulit lucem, & ad illuminationem; ut recedat à peccatis, qui conturbatus fuerit à tribulatione peccatoris. *Tonat Deus in voce sua mirabiliter.* Quid hoc? Quod alij audiant, alijsq; surdeant? Opus signatur eius magnitudinis clementiæ, & inscrutabilis iustitiæ. Prius fulmen egreditur, quam vox egredientis audiat. Iam facta strages, quamvis prius efformata origo vocis: sic alij in sctu pereunt, & alij mirabiliter evadunt: pereunt, quippe signum, quod non audierint vocem, experti fulmen: evadunt, quia antequam fulmen veniret, vocem fulminis audierunt. Arrige aures mi Pamphile. Querite in penitentia, ne noceant fulmina: hodie si vocem eius audieritis notice obdurate corda vestra. *Vide Tautolog. 10. D. 2. a. n. 2.*

11 Non videatur enthuſiaſmus huiſmodi vocem inſcrutabilis effectus; exponit diviſam vocem, & vocem vocis David. *Semel locutus eſt Deus* (inquit) *deo hæc audivi, quia tibi Domine miſericordia, & tu reddes unicuique iuxta opera ſua.* Iuſtitia eſt, ſi ſupplicia & præmia reddantur ſecundum opera: aliter verò clementia. Hæc duo ſunt: cur ergo dicit, quod ſemel ad ipſa locutus ſit Deus? Demonſtrat modum, quo ex peccatoribus alij ſapient, alijsq; deſipiant. Cunctos in converſionem Deus allicit, verum non omnes præ illorum improbitate convertit. Voce fulminis, quæ eſt iuſtitia, hiſ loquitur, & ab alijs vox audivit, clade inſicta: tuncque eius mirabiliter eſfulget miſericordia; quoniam alie panitorum viſis pœnis, cordis intimo dolore reſpuerunt à peccatis. Ex aliorum iuſtitia, alijs munificè conſecta miſericordia. *Semel Deus locutus, & duo percepit auditus: igitur idem ſuit illos converti, ac alios quia ſurdū vocis eodem crimine perire.* Duo ſunt & unum ſuit. Aliorum damnatio, & aliorum converſio: quandoquidem audivi iuſtitiam

Pl. 61. 11.

Ex impenitentia aliorum est augum penitentia.

bus vocem vocis (qua vocabantur in reſiſtentiâ pectoris, iuſtitia facta) prodivit penitentiæ clementia; quoniam per pœnas illatas, penitudine cordis fugerunt pœnas. *Semel factum divinum eloquium:* a. pietate & rigore duo ab hominibus audiuntur. Pœna, è rigore iuſtitie: gratia, decreto clementiæ; quoniam vocem audiverunt in criminum penitudinem, dum damnati impenitentes, quippe non audierunt vocem. Crucius hic ſuccinit: *Eſt ſemel Omnipotens ſacro Pater ore locutus,*

Quod tamen accepti nō ſemel aure patet. Se ſacilem miſeris, Numen tamen omnibus æquum.

Et parcens & non parcens quom omnibus? Næ. A pœnis nequaquam in conversionem audita loquentis vox. Servati, ut Deus lucreret miſeris crimine, faciliſ; vocem audierunt iuſtitia pœnæ vocis. Qui audierit vivere: peribit, qui non audierit: æquumque Numen dicitur, dum pravos punit, & parcit; quia per tormenta quæ paſſi, non audientes Deum loquentem, intellexerunt directam & tecum loquentis vocem. Videatur ex ipſa iuſtitia exorta miſericordia: igitur dum exerceat in delinquentes ſupplicium, ſollicitat anxie converſionem peccatorum.

12 *Infirmiſ; hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei:* dixit Saluator N. auditio lethali languore Lazari, Symbolum hic præfertur peccatoris, præ vomica cordis languentis, & expirantis. Conſule Auguſtin. hic *Tract. 49.* Quomodo interposita morte ex contracta infirmitate, erit peccatoris articulus in divine expreſſionem excellentiæ? Patuit Dei gloria; ubi ex vocatione Lazari, apparuit converſionem multorum, mediata penitentia. *Mul- ti propter illum abibant ex Iudæis & credebant in Ieſum.* Fuit Dei cognita à circumſtantibus mira claritas, ubi Chriſtus dixit: *Lazare veni foras.* In imperio gloria Dei magna fuit, ſed in modo vocationis maior eſt. Maior: Uique: Deique deſervivit maiori gloriæ; quia alij vocati vocatione Lazari. Emphatiſ; expreſſit Evangeliſta, reſertens functionis mirabiles circumſtantias: *Magna voce clamavit: Lazare veni foras.* Illi qui vocat ea quæ non ſunt, ſufficitur levis vox deſignaturque vox magna, quæ a mortuo audita; quia vocis & gloriæ Dei demonſtrant inauditam magnitudinem, quod ſibi dictam agnoſcerent vocem Lazaro loquentem. Vox expreſſe Lazaro directæ eſt; ceteram tacite ſanctificavitque

Crucius

Ioan. 11. 4.

Cap. 11. 11.

Cap. 11. 43.

Quam in dolorem panitentia eſt vox clamor

Cornel. Gall.

Chriſtus illum per penitentiam, revocat in gratiam.

Thren. 2. 13.

Dei gratia penitentia eſt vulnere medicina

iuſque intinum vulnerabat cor; quod vocem audivit converſione miſericordie, data gratia ex erroris penitentia: etenim verbum à Salvatore prolatum; repercuſſi penitudine audiverunt loqui ſecum. Ita enim ut alios ſufficeret,

Omnia clamoribus vocibus implet. Vox clamorem non habet, ſi tantum cui loquitur, auditam vocem intelligit: Lazarique revocationem ad vitam (in Numinis gloriâ) divinitatis eſt honor vocis clamor; quippe unuſquiſque vocem Salvatoris audivit, quaſi ſe Chriſtus in converſionem vocaret. In peccatis languentes, iure ſunt privati vita peccatis. Chriſtus vocavit, ut ſurgent: audiverunt, revocati ſunt ad vitam, agentes de flagitijs penitentiam. Tunc abibant & credebant in Ieſum, ut effectum veræ vitæ haberet ex Lazaro audita vox: quandoquidem ad illum acceſſerunt per penitentiam, ut illos per penitentiam ſufficeret & excitaret ad gratiam. Unde, ut canit Iuvenius, *4. Hiſtor. Evangel. v. 403.* videns in ſe vocis efficaciæcitem.

Pars credens ſequitur tanta virtutis honorem.

13 Minime didicerunt capite alieno, qui viſi Iſraelis captivitate degebant vendamati ſub peccato. Noluerunt intelligere, ut bene agerent. Vide *2. Paralipom. 30. 10.* Ex regno Iuda paſſi, quod ſervitute Iſraelis noluerunt pravè intelligere: captivitate ducti ſunt in catenas Babylo-nis, ante faciem ſubſequentis & tribulantis. Tunc Ieremias, ut ait Sanctius, n. 15. eos alloquens, qui à communi cade & vaſtitate ſuperſtites; dixit gementibus: *Magna eſt velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* Si vulnus ex peccato, eſt medicina contritio: quænam ergo deſideratur medicina, ubi criminibus medicata penitentia? Fructus penitentiae ex divina audita voce. Sine reconciliatione, cum Numine irato facta; haud perfectæ vulnere peccatorum medicina. Voce divina ex captivitate Iſraelis, eſfulit peccato cœcis, lumen in ſanctam elevatæ cognitionis. Audierunt, de ſepulchro criminum in veram contritionem ſufficitantur: & ſuſpoſitiſ; contritione & penitentia, Vates ſacer ſollicitat medicinam; ut reconciliatione tranſeant qui penitentes ad gratiam: etenim ſine gratia, quamvis vox audiat, non eſt plena medicina.

14 Ergo in principale propoſitum. *Quis* (inſit Propheta) *medebitur tui?* Si pars regni vulnerata, illi congruit medi-

cina. Quidni dicitur, *Quis medebitur tibi, ſed Quis medebitur tui?* Ut alij penitentiam agant ex illius medicæ con-tritione. Iam enim illa oſtendit falutem, cum in penitentiam criminum audisset vocem: diciturque *Tui*, ut illius penitudinem exemplo, in peccatoribus alijs excitetur contritio: etenim cum peccatores ſupplicijs non premit tractum Numen, niſi in cordium contritionem; ſicut illa recepti beneficiæ ſanitatis ex vulneribus ceteri ſanabuntur peccatores: reſtituentur ſane per penitentiam in gratiam; modo contriti in ſalutem peregerint penitentiam. Ita ex aliena plaga in vulnera medicina, ne in mortem duraret plaga: etenim penitentia conſtruxit echo, quæ vox fecerat oraculo. Ovid. 3. *Metamorph. fab. 6.* ſuccinit:

Induluit: quotiesque vox miserabilis Heu Dixerat; hæc reſonis iterabat vocibus Heu. Cumque ſuis manibus percuſſerat illa la-certoſ;

Hæc quoque reddebat ſonitum plangoris eundem.

15 Vox Domini eſt in virtute, & corda voce convertit, etiamque virtute vocis; quia loquitur varijs lingujs, habetque labium electum in contritionem cordium. Tacebat præ iniquitate mortua prævariatricis Ierusalem in idoliſ;

Sed nec vocibus excitata blandis.

Deus ut rediret ad cor, oſtendit populo ſuo dura, quæ prætermiſit, quoniam dumtaxat oſtenſa. Unde Vates Evangelicus in illum inclamat: *Attende de celo. Ubi eſt zelus tuus* (Hebr. *Indignatio ira tua*) *& fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum: Quid eſt hoc? Quis ſane ſapient, ut intelligat hæc? Indignatio, & in Numine viſcerum dilectionis multitudo: Amat in iurgia: largium à pravis eſformatur, quoniam amat. Non reſpondentes vocat. Quia ſciant multitudinem miſerationum, proterant legen: indulgentia medicata tranſgreſorum fovet crimen: in zeloque Dei Vates implorat iuſtitiam; quoniam pœnis & angultijs recurrunt in penitentiam. *Cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent* (Sanctus) *Sanctitatem*) *habitatores orbis.* Quando Dominius iudicia facit, peccatores plectit: tuncque diſcitur iuſtitia, inſicta pœna; quippe quam ne gravet manum, dolore ſtudent in converſionem cordium: medetur enim & quamprimùm illaro vulnere, qui ſanar contritos corde. Hic eſt amoris divini zelus, & miſericordiam cumulus: equidem dum*

Sequitur penitentiam, qui ſecutus eſt errantem.

Ovid.

Martial. 12. 99.

Iſai ubi ſapit.

Deus in ſer dolo reſ, ut reſpiciant delin qui teſ.

Cap. 26 9.

In oſtendunt iuſtitie ſumma clementia.

dum pertalus signa demonstrat... ostendit penitentibus viscera misericordie...

unicus & multiplex. Intelligitur ab alijs mirabilis virtus vocis...

17. Mantuanus Eclog. 3. v. 37. non sine acumine, cecinit:

Carmine multisono, & vocali voce fatigat.

Vox solum Deum vocat, dum gratia in celestia regna invitat.

Vocalis vox est, modo in alios extenditur viva vox.

Non vox vocalis, nisi virtus in voce vocis: unoque in caelum vocato, vocalem designat vocem; quia simul alios invitat in aeternam beatitudinem.

Ad vocem loquela grandis ignis exarsit: ait Propheeta Ieremias. Variè constituit adiectivum Grandis in periodo.

Alij legunt: Ad vocem loquela grandis. Gregor. Magn. Homil. 2. in Esaiel. Maluan. & Sanctus hic.

n. 17. Alij: Ad vocem loquela, grandis ignis exarsit. Vatrabl. & Hugo. Alapide verò loquitur: To Grandis tam ad Loquela, quam ad ignis referri potest.

Suffragor. In iustis, ad vocem loquela, grandis ignis: igitur cum concupiscat & deficiat anima, propter tabernacula dilecta & ad gloriae vocem auditam, amor ut ignis ardeat & maxime operet in gloriam.

Ad vocem loquela: non fat, ad loquela? non fat ad vocem: Quid loquela nisi vox? Quid vox: pro loquela fit. Nec vox sola, nec loquela satis est.

Est vox vocis, est vox grandis; qua in corde pro gloria exardescit ignis, & elucet fumus amor Deitatis: igitur dum alijs Nomen beatitudinem confert, illis qui non in caelo, gloriam ostendit: audientibus quidem in voce grandi (dum exponitur honos) aliquando cordis igne, usque in caelum ascensuros. Sic audiatur gratia animæ decoratæ.

Quarum suaviloquis gemina sic vocibus orsa.

18. Sonet ergo hæc vox in auribus nostris, que quidem præ cunctis dulcis. Unde N. Patriarcha, cap. 4. commendat, Vltimam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare. Audiamus vocem. Apertis oculis nostris (præmittit in Prolog.) ad Desicium lumen; ardentis auribus audiamus (divina quotidie clamans) quid nos admoveat vox. Felices enim sumus. Parentes Patriarchas habere iam copimus. Quid non properamus? Magnus illic nos (ait Cyprian. de Mortal.) charorum numerus expectat: Parentum, fratrum, filiorum frequens nos copiosa turba desiderat: iam de sua immortalitate secunda, & adhuc de nostra sollicita. Felices, inquam, su.

Ovid. 6. Fastor. v. 316.

Psal. 67. 36.

Apo. 4. 8.

De gloria Sanctorum, illius in terra exaltatur deprecium.

Propert. 2. De gl. ad gloriam in floram vox? Sap. eccl. 7. 2.

Mantua

Quæ vox vocalis

Ierem.

Alapide

Amor in gloriam excita. tur, dum alij gloriæ con. fectar.

Vara.

S Be. ned.

Manu. Mona. chorum, patriæ celestis desiderii

Cypri.

sumus: etenim non solum habemus, qui nos factis sanctis invitent ad gloriam, sed etiam clementie exempla, supplicij alienis, quibus emendemus (si aberraverit) vitam; quod non solum clementia, sed prorsus magna. Inter Egyptios & Israelitas dicit Sapiens: Oportebat enim, illis sine excusatione supervenire interitum: his autem, tantum ostendere, quemadmodum inimici eorum exterminabantur.

Sapient. 16. 4.

Ostendere peccatorum supplicia, clementia magna.

Luc. 13. 4.

Publ. 57.

Alienum enim exterminium, elucet in nobis thesaurus miserationum, & indignationis zelus multoties viscerum: etenim fugere debemus noxam; quippe nobis dedit Altissimus vocem suam: audiendaque sunt in criminum pœnis, que clementer continentur in voce voce vocis. Decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos 5 putatis, quia & ipsi debiores fuerunt præter omnes homines habitantes in Ierusalem? Sed si penitentiam non egeritis; omnes similiter peribitis. Perierunt propter iniquitatem suam: quod quidem longè, si vocem audientes, egissent de peccatis penitentiam. In hanc appoluit peccatoribus exemplum; quia felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Publ. Syrus, in Mimis, v. 157. succinit: Bonum est, fugienda aspiciere alieno malo: Ex vitio alicuius sapiens emendat suum.

Luc. 13. 4. Bonum est, fugienda aspiciere alieno malo: Ex vitio alicuius sapiens emendat suum.

DIDASCALIA V.

Lachryma pondera vocis habent.

Ovid. 1. ALTIORI proposito, uti miraculo, videbimus, quod cecinit Ovidius, 3. de Ponto, Eleg. 1. v. 158. & Stoicus, 3. de Ira, cap. 33. Oculi clamore exprimentur: basilica resonant. Sonus est in silentio vocem, ut demiremur prodigium; & per clamorem non vocis, in Sanctis suis Deus celebretur mirabilis. De Scholastica Noltri Patriarchæ sorore, erit argumentum Didascaliz: verum cum illorum plausus propter commune decus, sint profecto inseparabiles in utriusque professione, ante Scholasticæ gratiam memoranda laus utriusque. Bonum mens una semper: inquit Gregor. Magn. 2. Dialogor. cap. 34. Idem velle, idem nolle, una voluntas: idem propositum, idem institutum, & una charitas. Respiciunt se mutuo, quin discrimen cognoscatur; qui concepti & nati simul. Orven. lib. 4.

Senec. Clamor non sensus est.

Gregor. Magn. Bened. Huius & Scholasticæ, unâ.

Epigram. 138. de Geminis, accinit: Dissimile in nobis nihil est, paria omnia, solo

Differimus numero: nos duo namque sumus. Sæpe Tomis prioribus, de illorum musica in utero matris, diximus. Videbis, 1. T. 4. D. 14. 2. T. 3. D. 4. 5. T. 4. D. 2. Nonnulla & addam, colligens que superaverunt fragmenta, ne pereant.

Inter clementias Cleopatrz, ultimæ Reginz Egypti, fuit magis nominis umbra. Unde unico partu marem & foemellam geminos edens in lucem; vocavit Lunam & Solem. Eutropius Histor. 7. & Guilielm. Rovill. in Leonib. p. 1. Horum nominum emblemata fulserunt in SS. Benedicto & Scholastica. Munus enim Solis & Lunæ in caelo (ut latè videbimus Tautolog. 8. à num. 2.1. de cæli harmonia) est mirifica musica. Vide Statium, 3. Silvar. 3. v. 54. Virgil. 6. Aneid. à v. 640. Claudian. in Mallij panegyri. v. 100. & Manil. lib. 5. Astron. v. 493. qui in rem lib. 4. cap. 1. à v. 150. de Geminis dicit: Laudis amor, tacita mentes, & corpora tardat. Mole valent, habitaque puer sub frontibus amor: Mollis in Geminis studium est, & mitior ætas.

Per varios cætus, modulatisque; vocibus ora. Inventiunt & in astra vias numerisque, modisque Consummant orbem: : Natura ingenio minor est.

Videntur de cælo dati, in orbis decus; ut miraretur mundus; dum invenerunt in astra vias, erigentes numeris & modis musicæ scholas, nobiliore studio, naturam superante cælesti ingenio, valente corpore, voce infantili, amore habitante in illorum pectore, æstante mitiori ætate, tamquam in Sole & Luna, per varios cantus, modulataque vocibus ora. Hi Benedictus & Scholastica ante usuram lucis, Numini laudes canentes in utero genitricis. Fecit Deus duo luminaria magnas visumque in terra, quod illum simul laudarent Sol & Luna. Statius d. à v. 53. canit:

Soli Servit & astrorum velox choros, & vaga Luna.

Cum tenebræ summæ caligine essent in orbis principio super faciem abyssi; Conditor produxit lucem in futuras species cosmopœiæ: non enim divinum esset tam præclarum opus, si operis non effectus; usus;

Orven;

Illi plura su colit. Luna.

Manil.

Musica illorum in utero matris.

Statius